



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Humanis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censuris.
Prælectiones Theologicae Posthumæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

In Opera Theologica Posthumæ R.P. Leonardi Lessii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

I N
OPERA THEOLOGICA POSTHVMA
R. P.
LEONARDI LESSII.

Fortè sepulchralem LESSI Mors viderat vnam
Vincimur, aut vinci posse putamur, ait.
Ipse sibi superest, & adhuc à funere viuit;
Nec cinis arbitrio subditur ipsa meo.
Tunc benè qui LEGES, & IVS iustissimus ipse
Nouerat, hic potuit ius violare meum?
Vliscar, faciantque nefas; ne nescia vinci
Dicat ab exanimi victa fuisse manu.
Dixit, & ad LESSI chartas caua lumina torquens,
Vindicat has fati lege, putatque suas.
Sæpe etiam, Hac mea sunt, fertur clamasse; sed illis
Inijcere obscuras non fuit ausa manus.
Pulueribus tantùm, & densâ caligine sepsit;
Pro tumulo, latebras visa probare fuit.
Si lateant, satis est: etiam latuisse, perire est;
Exitus ingenij pluribus iste fuit.
Tot veterum cura, quas atas postera nescit,
Aut putat extinctas, quid nisi luce carent?
Dixerat, & furuos spargens circum vndique rores:
Ista tuis, Lethe spargimus, inquit, aquis.
Inuida, quid frustra es? male lux celatur in vmbra:
Plenum est ingenij luce, quod abdis, opus.
Lux vires à nocte capis, nec clariùs vquam,
Plurima quam circum dum volat vmbra, nitet.
Quid nisi nox aperit forniosos atheris ignes?
Tunc Helice cerni, tunc Cynosura potest.
Tunc Ariadneæ spectatur flamma corona,
Candida tunc profert Cassiopea caput.
Lux tua, Taure, later, si nox non euocat illam;
Si non sint tenebra, lux tua, Virgo latet.
Arcada quis nosset, quis nosset planctura Bootæ,
Hos nisi nox vmbri proderet atra suis?
Pleiades, atque Hyades, Geminique, & Cancer, & Hadus
Nocte patens, noctis munere nomen habent.
Quid tibi vis igitur? quid Mors tibi cæca repugnas?
Ista quod à tenebris, hoc quoque sidus habet.
Cui tamen vt speres obscuram offundere noctem,
Nec tua nox, nec spes ista perennis erit.
Non sinat hoc Pietas, non hoc Sapientia; LESSI
Curas illa suas credit, & illa suas.
Diuâque victuris dum custos vtraque chartis
Assidet, & spoliū temporis esse vetat:
En iterum venit in cathedras, & pulpita doctor,
En iterum post se Lessii ipse venit.

(a) De beatitudine.
(b) De afflictibus humanis.
(c) De Sacramento.

(a) Mortalesque docet, que sint ad gaudia nati;
(b) Quid cursum dubias dirigat inter aquas.
Quæ vadit, qua syrtes illuc properantibus obstant,
Quæ fragiles illuc peruehat aura rates. (quam
(c) Quas habeat, quibus in tabulis, spes naufragus; &
Annona nunquam descendentis opem.
Nescit hæc Stagira sagax, ignarâque tanti
Porticus arcani, toraque Stoa fuit.
Altiùs hinc trans & nubes, & sidera ferunt
Ad solium magni, conciliumque Dei.

(d) Et docet, vt nostris similes Deus induat artus,
Naturamque nouam, dissimilemque sua.
(e) Vt simul extremas rerum excedentia metas
Aperit, & æterno federe necet Amor.
(f) Cesserit vt morti, quem nunquam vita reliquit,
Seque minor magnus gaudeat esse Deus.
Hac nos, & nondum genitos arcana nepotes
Non defecturo, ceu priùs, ore docet.
Felix, qui præsens hausit spirantis ab ore,
Omnia qua merito disere secula volent.
Nos quoque felices, quibus hæc solatia restant;
Quamuis hinc abijt, non tamen omnis abest.
In chartis superest. Hic, LESSI maxime, præsent
Te fuor, hic ego te panè videre puto.
Mensque sibi credit, gaudetque audire loquentem,
Totaque doctoris pendet ab ore sui,
Sic oculos intenta suos dum pascit, & aures,
Nescio quid certè sentit adesse tui.
Ignoscant pili vultus, & pilla tabellis
Nomina; quod legimus, maior imago tua est.
Quid nisi vox nobis, & verba sonantia desunt?
Pascimur ingenio postera turba tuo.
Sed neque vox deirrit: te primus, & vltimus orbis
Audiet, & gemino proxima terra polo;
Et quacumque atas signabit euntia fastis
Tempora, Vox operis tanta susurra tui est.
At vobis male sit mala Mors, Noctisque maligna,
Quarum hæc inuidia lux propè rapta fuit.
Quis furor, o pestes, vos sic armanit in illud,
Quod se posse neget carperè liuor Opus?
Quidne virum petitis, cuius virtutibus arbor
Annit, & supplex inuocat orbis opem?
Cur non Nestorios, cur non celatis Arios,
Totque alios scelorum perfidiaque duces?
Opprimite hos tenebris, penitusque innoluite vestris;
Vtiliter mundi publica damna latent.
Perdite, qua populos, orbemque volumina perdunt;
Grande opera pretium: tutior orbis erit.
Nocte regi debet Noctis sanctissima proles,
Quam Nox si videat, non ferat esse suam.
Hæc cedro nitent chartæ, sicut inquinat illas;
Nam cur inficiant ista venena diem?
Eumenidum thalami, nigrisque cubilia Ditæ,
Aut Chaos, aut per qua Cerberus antra iacet,
Aut carcer, cuius Furia pallentia seruant
Limina, sunt illis serinia digna libris,
Quos Tumor, & Fastus, sperataque crimine Fama,
Et mendax peperit Religions Amor,
Et Furor, & cæcis implexus fraudibus Error.
Istaque qua loquitur sæpè per ora, Venus.
Lessius interea vestris redimimus ab vmbri
Clarior, in lucem, post sua fata, venit.

(d) De incarnatione.
(e) Vnio Hypostatica.
(f) Communicatio filioatum.

SIDRONIVS DE HOSSCHE
è Societate I. N. S. V.

I N

LEONARDI LESSII

OPERA THEOLOGICA POSTHVMA:

EN iterum auditur, magnum & venerabile nomen,
Lessius; & toto, quâ patet, orbe docet.

Fatales tenebra, longaque obliuia noctis,

Et nihil hic mortis trifida iura valent.

Exsurgit tumulo victor, viuitque superstes,

Et mortale nihil iam, velut ante, sonat.

Et quamuis olim angustâ lacuere sub vrnâ,

Non bene iam cineres, ossaque terra capit.

Vt tamen intereat neglecti fama sepulchri,

Vt tumulum repetant ossa, cinisq; suum;

Ipse etiam vt pereat tumulus: victura supersunt

Virtutum, & sacri, tot monumenta, libri.

Hæc certè, quamuis hoc laudi linor iniquus

Audiat, exitio non dabit vlla dies.

Certa loquar certis Diuorum condita fastis:

Scire pijs tantùm vatibus ista licet.

Vestibulum ante ipsum, primoque in limine cæli

Virgo caelestes excubat ante fores.

Stant capiti centum nunquam cedentia somno

Lumina, centenas exserit illa manus.

Illi omnis vasti custodia credita mundi est:

Cum ducibus populos Prouida Diua regit.

Illâ sagax rerum, & diuina conscia mentis

Per tenebras etiam tartara mæsta videt:

Tartara opaca, imaque Stygem, manesque profundos,

Et scelera, & pæna quas meruere pati.

Cumque mala, & noxas mortalia crimina poscunt,

Ingemit, & lentâ corripit arma manu.

At quoties fas est largiri munera, gaudet,

Et sua que meruit præmia quisque refert.

Omnia præcepit, secum omnia mente peregit

Que quondam aspiciet sera, regètque dies:

Æternis signata tenet virgo omnia fastis:

Hos etiam Diui, cum voluere, legunt.

His valua Superum distincta, atque aurea cali

Limina: mansuro stant adamante nota.

Et terram, & cælos mirâ illic secerat arte

Diua; suo fulgent sidera quaque polo.

Illic res hominum, & misera discrimina vite,

Gaudiâque, & culpas, & pia facta videt.

Lessius est illic, atque incunabula Lessi,

Et tenera lacrymis immaduerit gena.

Parue, quid ab! vagis? minima est pars ista malorum.

Hei mihi! quos gemitus, quæ venit, hora feret!

Ne tamen interea pigeat curisq; iocisque

Altius humanis exseruisse caput.

(a) Et labor, & nullas industria transeat artes,

Dum iuuat, & vite tempora prima sinunt.

Parua mora est cum cura hominum te poscet, & istis

Oprabit studijs, ingenioque frui.

Et iam te celebrat sapientia moribus aequa,

Et iam voce tuâ pulpita docta sonant.

Ignotâque vias natura, arcanâque mundis

Dum referas, linguis curba, animisq; sauet.

(b) Hæresis inuidit patria communis Erynnis,

Et subitâ tristem iussit abire fugâ.

Inde mali labes, & semina prima doloris:

Illum læta tibi finiet vna dies.

(c) Atque vrinam, cum sede aliâ sacra dogmata pandet;

Eueniat dictis gratia tanta tuis:

Nec grauiora pari cogat male-conscia fama,

Quæ retulit laudes certius ante tuas!

Illam cum dolor, atque metus, & opinio fallax,

Et turpos armant ambitione doli;

Sauit, & occultum fædo vomit ore venenum.

In siluis nusquam tærior vlla fera est.

(d) At tu consilij, qui nunc tibi supplicat, orbem,

Doctrinaque duces perge docere viros.

Nec tibi sit tanti mendacem auertere famam,

Ingenij vt celes pignora docta tui.

Hoc Deus, hoc Virtus dedit hoc Sapiencia manus;

Sic spes sera posteritatis amor.

Atque aliquis forsân, qui te modo deuouet, olim

Ante tuos statuet munera vota pedes.

Nequidquam certè conspectâ in imagine tota

Hærebat trepido mens labefacta metu:

Hic quoque iam stabant diuina pignora mentis:

Lessius in titulis omnibus vnus erat.

(e) Hæc fauor, & merita laudes, & plausus in æstra

Sustulerant fastis adijcienda sacris.

Quam certa expenso sigit vestigia gressu!

Quas inerat longè prospicit ante vias.

Quanta arcana, auro non intellecta priori,

Optatâ ante oculos luce reueta patent!

Quam breuibus quam magna insunt miracula chartis!

Nec rerum causse, nec latet ipse Deus.

Non potis expleri mens, ardesitque legendo,

Atque alias isto fonte requirit aquas.

Ergo etiam tacitis aliquando abueta latebris

In lucem, atque audias ausa venire manus.

Et legit, & probat hæc orbis, meliorâque vota

Concipit, (f) & cæli gaudia mente fouet.

(g) Iam pudet exiguo vita, & discrimine mortis

Hostibus infestas sæpè adijisse vias.

(h) Iam propius diuina sequi vestigia certum est,

Et medicam plagis applicuisse manum.

Quam bene consuluit quondam qui sanguine fuso

Vulneribus sanat vulnera nostra Deus:

Et voluit moriens indignos ferye dolores,

Ne miseris semper mors patienda foret!

Hæc ego tum Lessi curas, monumentâque vidi.

Seruantur fastis cetera Virgo tuis.

Scire quidem volui titulos, & nomina; at illa

Mortales oculos cernere plura verat.

Velantiq; sacro, quo contegit omnia, peplo:

Inde etiam è tenebris emicnere suis.

Scilicet & nubes vbi cælum obducta recondit,

Sol latet, & clarum spargit vbique iubar.

Dumque nigrâ sub nocte oculis lux publica mundis

Absuit, a tenebris gratior illa nitet,

Tempus erit quando latebris erepta legentur

Omnia: nec longè sit, precor, illa dies!

Gratâque posteritas; Felix ô patria; dieet.

Quæ genuit talem quantulacumque virum!

(c) Theo-
logiam do-
cet.

(d) Consti-
tur vndi-
que etiam
à doctissi-
mis.

(e) Asti-
matio scri-
ptorum
LESSII,
& fructus.

(f) De bea-
titudine.
(g) De asti-
tia humanis
(h) De In-
carnatione;
& Sacra-
mentis.

(a) Ency-
clopediam
conficit.

(b) Philo-
sophian
docens.
Ducso per
hereticoru
in multus
exigitur
A. 1578.
& morbum
intrahit,
qui illi in
omni vitâ
insistat.

IUSTVS FRISIUS
Societatis I K S V.

APPRO.